Se eum Successoribus bonisque suis omnibus (actus presentis respectu) ultro
subiicit et incorporat semper in primo Cittationis termino tanquam
peremptorio stare parere respondere ac pro cadio pro quo Cittatus fuit
ab officio ad quod attractus fuit non recedere ipsa satisfacere
eum suis Successoribus tenebitur Terminum ipsum primum peremptorium et alios
subsequentes nullis modis viis coloribus motionibus appellationibus earum
per ad cittationes prosequutionibus evasionibus prescriptionibus suspensio-
nibus pernis trium et ter trium marcarum dillationibus ad quietationem sta-
tuti et constitutionibus laudatis et laudandis ac legalibus quibus-
vis impedimentis deferendo prolungandis atque excipiendis Immo se eum Succes-
soribus omnibus gentilibus iuris remediis ut renuntiandis et abdicandis sue et
suorum Successorum sub amissione totius cedit vigore Inscriptionis prefatus sa-
dii et cadiorum quo vel quibus solutis utique Inscriptionis presentis et omnibus
suis contentis satisfacere eum suis Successoribus tenebitur totius quoniam opus fuit
Nulla prescriptione Terrestri in premissis obstante Quod mihi firmatum est

Zapolskij quietat Therleczkij

Coram officio cui presidebat Generosus Albertus Luthostanski Gladifer
Terre Vicecapitaneus Causarumque officii Castrensis Premisliensis Iudex et
Actis presentibus Castrensis Premisliensis personaliter stans Generosus Dobrogostius
Zapolski Notarius Castrensis Premisliensis a Palatinatibus Terris Distri-
ctibus Iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo Iure
vero presenti iurisdictioni se eum Successoribus quo ad hunc actum attinet incor-
poranda sanus mente et corpore existens pure pala ac per expressum reco-
gnovit Quia ipse vigore iuris sui quesiti a Nobili Feydko Therleczki
Hardassowicz summa Triginta et Quatuor florenorum pecunie monete polonice
debiti certi per eundem Therleczkij Nobili Machno Wolosynowski
tenetur ac coram officio presenti solvi inscriptum per ipsum vero Machno
Wolosynowski cessit et condescensit atque coram Iudice et actis Terrestribus

Premisliensi recognitum et inscriptum totaliter et in effectu recepit ac manu-
aliter levavit Ratione eius receptionis et levationis summe predicte fun-
dem Feydko Therleczki Hardassowicz et eius Successores vigore eiusdem
iuris sui cessit et condescensit perpetuis ac eiternis temporibus quietat liberum
ac nunnem facit et pronuntiat Inscriptionemque super prenominata summa
servientem cum omnibus conditionibus punctis clausulis et articulis vigore predicti iuris
sui transfuberij cassat annullat mortificat obliterat perpetue et in eum
sibi et Successoribus suis ratione premissorum eiusdem imponendo silentium ac sua
presenti recognitione mediante

Skoruczina tt. Krukieniczkij

Comparens personaliter coram officio et Actis presentibus Castrensis Pre-
misliensis Generosa Margaretha de Narajow relictus Consors olim Generosi
Georgij Sloratha de Mlodathicze a Terris Districtibus Iuribusque
suis quibusvis propriis ac foro competenti recedendo Iure vero presenti Castrensi
Premisliensi Iurisdictioni se eum Successoribus bonisque suis omnibus quo ad actum
et effectum presentis Inscriptionis attinet incorporandum et subiicendum sanamente
et corpore existens pure pala ac per expressum recognovit Quia Generoso
Sebastiano Krukieniczki et eius Successoribus Ittimis summa Ducentorum
viginti Quatuor florenorum pecunie monete et mensure polonice singulis florenis trigin-
ta grossis polonicis computatam certi veri liquidi mutui atque essentialis
debiti tenetur et est debita Quam quidem summam se eum Successoribus in et
super omnibus gentilibus bonis suis nullis exceptis et exclusis sed omnibus in genere et
singulis in specie comprehensis obligat et inscribit Eidem Sebastiano
Krukieniczki aut eius Successoribus Iure pro die festi Conversionis Sancti
Pauli apostoli proxime et immediate venturum in Castro Premisliensi cir-
ca Nota presentia Castrensi Premisliensi totaliter et in effectu dare sol-
vere reponere relinquere non ex fidemtibus aut quovismodo arestare sub